Viro celeberrimo
nec non
Eruditissimo Dno L: Eulero
S. P. d. Christianus Hee

Qui Tibi meas præsentes porri-
git litteras, vir Nobilissimus
est, et Eqves ordinis gallici
Dns d'Isle, qvem ad littora no-
stra appellentem Navigio
Flora dicto, unà consortio
Domini de la Creune, et Eqvi-
tis Borda, et Abatis Pingrè
(qvi qvinqve erant Horologiis
maritimis instructi) degen-
tem prima vice cognoveram

1v

Alterâ aûtem in consortio
Legati Gallici Marchionis
de Werrak redeûntem.
Ille me haud raro inviserit
Libros et Scripta Tua mathe
matica, inprimis ûltemûm
theorie complette de la con
struction etc, saepenûmero
volventem cûm viderit
Litteras ad Te comendatitias
quanquam nûllâ meâ com
datione indigeat vir prop
egregiûs et amabilis, me
rogavit. Deesse viro no
bilissimo, qui Te merûm

Tuumq mirabile ingenium
colere nunquam desinet,
nefas duxerim, sperans fore,
ut, nec hanc meam scripti-
unculam inique feras, neq
Nobilissimo Equiti Tui copiam
facere refrageris.
Vale Vir omnium Eruditissime
et me, si dignus videar, ama-
re perge.

dabam Hafniæ
die 23 Febr:
1776